



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispartita

Dominicus

Francofurti, 1613

Tribulatio

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

Tremor.

SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Tremor excitatus ob inopiam caloris non cuiusq; sed proprii

Arifl. probl. sect. 3. num. 25.

Tremor fit, cum mouens quoq; rem nequit superare, quod

mouens ibid.

Tremor fit, quum pondus membrorum corporis trahit deorsum

anims autem vis trahit sursum, & id vicissim agitur.

Arifl. probl. num. 18.

Tremuli homines, cur cum bibunt circumferri solent? quia vini

calor immodicus nervos subit, & spiritum contentum in his percutit

bat, qui ex sede cerebri ductur. Idem probl. 7. n. 109.

Tremor in nobis, quum in aëre fit, quia aer frigidus ingreditur per

utrinque vias in interiora. D. Thom. 2. 2. mer. lib. 13.

Trepidantes facie non iudat, sed erubescunt, quoniam amplius

incalcunt: itaq; faciem calor siccit errans per summa. Arifl. probl.

sect. 2. n. 27.

Trepidatio est motus super re inchoanda. Idem ibid. n. 31.

Trepidantes facie pallent, pedibus sollicitantur, & palpitant

se quodammodo exercent, manus perficere assolent, & se modo

extendunt, modo insectant, & sepe exiliunt, & nunquam quiescunt.

ibid.

Trepidatio est pudor, & quos pudet, ii erubescunt, quia caliditate

superiorem partem percutit. Probl. sect. 11. n. 53.

Tremor & rigor in corpore oritur, cum humores, qui in corpore

sunt grandiores, minores expellunt, & in eorum sedes subire ne-

queunt: humiditatem nostram implentem ex inaequali & mobili

immobiliem propter planiciem, & aequalitatem, & protrusionem

efficientes congelant, hoc, dum praeter naturam congelatur, repugnat

secundum naturam ipsos in contrariam sibi partem depellens,

quia pugna & concussionem fit tremor & rigor. Plat. in Timaeo.

Tremor & rigor contingit, ubi spiritus, dum in angustiam à frigore

cogitur, iterum se dilatare nititur. Mar. Ficini in Platon. Timaeum, cap. 54.

Tremorem & rigorem idem esse Plato affirmat, & malum, non enim

vnius membri est tremor & rigor, nec tremoribus, & his, qui rigent,

est sensus frigoris, est & rigentium motus penitus inuoluntarius,

tremoribus autem sine voluntate nunquam. Lac. Carp. in Alcim. c. 15.

EXEMPLA BIBLICA.

Tremoris exempla: Ciues Bethel, Gen. 35. fratres Ioseph, 45. 5.

Moab, Exod. 15. 9. 15. 16. ciues Ierichuntini, Ios. 2. 9. 10. 11. reges Amorrhoeorum,

5. 1. Gabaonita, 9. 24. Silara, Iud. 4. 15. Philistini, Sam. 7. 16. Agag

15. 32. 33. Syri, 2. Reg. 7. 6. Gentes, 1. Par. 14. 17. nationes omnes,

17. 21. Ieroboam, 2. Par. 33. 15. Aethiopes, 14. 12. 13. regno Iudae

vicina regna, 17. 10. 20. 29. viri Iuda & Benjamin, 1. Esdr. 10. 9. 1.

inimici Israelitarum, Nehem. 6. 16. principes Assyriorum, & omnis exercitus

Iudith 14. 17. Perizae Medii, Esh. 8. 17. 9. 2. Iob, Iob. 4. 14. 5. 6.

Ecclesiae inimici, Psal. 45. 7. 65. 9. 76. 9. 67. 8. Aegyptii

Psal. 105. 38. Hypocritae, Esh. 33. 14. Israelitae, 1er. 30. 9. Aegyptii,

46. 5. Ammonitae, 49. 5. Elamitae, 6. 37. Daniel & alii quidam,

Dan. 10. 7. 8. 11. populus Iudaeus, 1. Macch. 7. 18. custodes sepulchri

Christi, Matth. 28. 4. mulier quaedam, Mar. 5. 33. Maria Magdalena

& c. Mar. 16. 8. discipuli, Luc. 24. 22. Moyses, Act. 7. 9. 31. 32. Paulus, 9. 6

1. Cor. 2. 3. custodes carceris, Act. 16. 29. Felix, 24. 26. Corinthii, 2. Cor.

7. 13. Tremor impiis & peccatoribus immititur, Exod. 23. 27. Deut. 2. 25.

& 11. 25. Psal. 35. 55. 119.

Vide, Metus, Timor, Formido, Terror.

Tribulatio.

DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Tribulatio, Graec. θλίψις, & συμφορὰ, dicitur Est idem quod calamitas

aduersitatis. Hebr. Lachar, à verbo Lachar, pressis oppressis.

Cognitionem habet cum Meri, molestiauit: Dicitur etiam Tzarab,

à verbo Tzarab, angustauit, afflixit, constrixit, tribulauit,

colligauit coarctando, & angulum stringendo. Mesjar, etiam tribulatio

dicitur, ab eodem verbo deriuata. Vide Psal. 116. 3. & 118. 5.

Tribulatio à tribulo venit. Est enim tribulus, herba pungiuia, secundum

B. Thom. super Psal. col. 2.

Tribula etiam sunt genus vehiculi, quo teruntur frumenta.

Virg. Tribulata, trabeaque, & in quo pondera rasi.

DIYK

¶ Divisio.

¶ *Christus glorificetur. Exemplum cæci à nativitate. 10. an. c. 9.*
¶ *Meritum cumulat. Exemplum Job. c. 2. In omnibus his non peccavit Job.*
¶ *Fastus non demeretur. Exemplum Pauli 2. ad Cor. 12. Ne magnitudo revelationum. Sc.*
¶ *Pænis culpa expiatur. Exemplum Mariae leprosa. Num. 12. cap.*
¶ *Dupliciter crucietur. Exemplum Herodis Ascalonia. Ad. c. 13.*

¶ Loci Bibliici.

Tribulationis eiusque vilitatis, *Exempla. Ioseph alij crevit in exilio in terra paupertatis, quam in terra natiuitatis suæ crevit. Gen. 41. 40. P. 105. v. 17. 18. 19. 1. Mach. 2. 53. 1. 7. v. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.*

¶ Sententiae Biblicae.

Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum (Christum) videntes angustias anime illius, dum nos precaretur, non audimus, adeo venit hæc afflictio super nos. *Gen. 42.*
Quanto magis opprimebant eos, tanto magis multiplicabatur & crescebant. *Exod. 1.*
Omne, quod potest transire per flammam, igne purgabitur. *Nu. 21. 35.*
Conueniunt ad David (Christum) omnes, qui erant in angustia constituti, & oppressi a re alieno (a Diabolo) & amaro animo: & factus est eorum princeps. *1. Reg. 12.*
Tempore angustiarum suarum auxit Acham contemptum in Dominum. *2. Par. 28.*
Cum requiescent, reuertuntur, ut facerent malum in conspectu Domini. *1. Nehem. 9.*
In tempore tribulationis suae clausuerunt ad Dominum. *Ibid. dem.*
Benedictum est nomen tuum Deus patrum nostrorum, qui cum intus fueris, misericordiam facies, & in tempore tribulationis peccata dimittes his, qui inuocant te. *Tob. 3.*
Hoc habet pro certo omnis, qui colit te, quod vita eius, si in probatione fuerit, coronabitur: si autem in tribulatione fuerit, liberabitur. *Ibid.*
Post tempestatem tranquillam facis, & post lachrymationem & fletum exultationem infundis. *Ibid.*
Tu Domine flagellas & saluas, deducis ad inferos & reducis. *Ibid.*
Ipse castigauit nos propter iniquitates nostras: & ipse saluabit nos, propter misericordiam suam. *Ibid.*
In tuo flagello vindica iniquitates nostras. *Iudith. 7.*
Non vilicamur nos pro his, quæ patimur: sed reputantes peccatis nostris hæc ipsa simplicita memora esse flagella Domini, quibus quasi ferri corripimur, ad emendationem, & non ad perditionem euenisse credamus. *Ibid.*
Si bona suscepimus de manu Domini, mala quare non sustineamus? *Ibid.*
Nemoloquebatur ei verbum: videbant enim dolorem esse vehementem. *Ibid.*
Homo nascitur ad laborem, & anis ad volat. *7.*
Beatus homo, qui corripitur à Deo: increpationem ergo Domini ne improbes, quia ipse vulnerat & medetur: percutit, & manus eius sanabunt. *Ibid.*
In sex tribulationibus liberauit te, & in septima non tanget te malum. *Ibid.*
Sagittæ Domini in me sunt, quarum indignatio ebit spiritum meum. *Ibid.*
Auferat à me virgam suam, & pauor eius non me terreat. *9.*

Domus illorum securæ sunt & pacatæ, & non est in eis timor. *Ibid.*
Ipse probabit me quasi aurum, quod per ignem testatur. *Ibid.*
Consumpra est caro eius à supplicis, reuertatur ad sententiam suam. *Ibid.*
In tribulatione dilatasti mihi. *Psal. 4.*
Postquam multiplicatæ sunt infirmitates eorum, tunc sanantur. *Ibid.*
Probasti cor meum, & visitasti nocte: igne me examinasti, & in me iniquitas. *Ibid.*
Disciplina tua correxit me in finem. *Ibid.*
Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circumdabit me. *Ibid.*
Iuxta est Dominus his, qui tribulatio sunt corde. *Ibid.*
Multæ tribulationes iustorum. *Ibid.*
Intuam me in die tribulationis, & eruum te. *Ibid.*
Postisti tribulationes in dorso nostro. *Ibid.*
Cum ipso sum in tribulatione. *Ibid.*
Secundum multitudinem dolorum meorum in cor meum tribulationes tuæ lætificauerunt animam meam. *Ibid.*
Bonum mihi, quia humiliasti me. *Ibid.*
Disciplinam Domini ne abicias fili mi, nec de corripis: quem enim diligit Dominus, corripit, ut qui se filio complicit sibi. *Prou. 3.*
Sicut igne probatur argentum & aurum in camino, sic probat Dominus. *Ibid.*
De carcere catenatus: interdum ingreditur quodammodo saluabitur. *Ibid.*
Curatio cellare faciet peccata maxima. *Ibid.*
In paucis vexatus in multis bene disponitur. *Ibid.*
Cum das nobis disciplinam, inimicos nostros multiplicabis, ut bonitate tuam cogitemus. *Ibid.*
Ad correptionem in breui turbati sunt, signum habent ad commemorationem mandati legis tuæ. *Ibid.*
Omne, quod tibi applicatum fuerit, accipe, & in humilitate tua patientiam habe: quoniam in igne aurum & argentum, homines vero receptibiles carnis tribulationis. *Ecl. 2.*
Quoniam pius & misericors est Dominus, & remissionem tribulationis peccata. *Ibid.*
Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio. *Ibid.*
Infirmitas grauis sobriam facit animam. *Ibid.*
Speciosa Dei misericordia in tempore tribulationis, quæ pluuie in tempore siccitatis. *Ibid.*
Defecit sufflatorium, in igne consumptum est plumbum, conflatur confusor: in malitiae eorum non sunt conditorem reprobum vocare eos: quia Dominus prosequitur. *Ibid.*
Ecce ego confido, & probabo eos. *Ibid.*
Ecce in ciuitate, in qua inuocatum est nomen meum, affligere, & vos quasi innocentes & immunes eritis. *Ibid.*
Castigabo te in iudicio, & non videaris tibi inuocatum. *Ibid.*
Castigabo me Domine, & eruditus sum, quasi inuocatum. *Ibid.*
Castigabo te in iudicio, nec quasi innocenti parcerem. *Ibid.*
Ecce, quibus non erat iudicium, ut biberent calicem, & tunc biberent: & tu quasi innocens relinqueris: non eris innocens. *Ibid.*
Anima in angustiis, & spiritus anxius clamatur ad te, & miserere. *Ibid.*
Omnes isti as, & stannum, & ferrum, & plumbum in fornacis, scoria argenti facti sunt. *Ezech. 22.*
Multo labore sudatum est, & non exiit de anima, neque per ignem. *Ibid.*
Eligetur & dealbabitur, & quasi nix probabitur. *Ibid.*
Sepiam viam tuam spinis (ad malum) & septem canibus & semitas suas non inueniet. *Ibid.*
In tribulatione sua mane conuertent ad me. *Ibid.*
Funiculus hominum trahet eos, & funibus dilatastis eos, ut qui pium qui leuat iugum sub maxilla eorum, & probat eos cibum. *Ibid.*
Cum angustiaretur in me anima mea, Dominus reuertetur ad me.

PC

POLYANTER

remissione pateret. Nam si ligatus cadit (hoc est enim tribulatio) multo magis lascive uiuens. *hom. 6. de penitentia.*

Tribulatio est spiritualis mercatura. Sicut pecunias colligere volentes, & hanc secularem exercentes mercaturam, non aliter propriam rem augere possent, nisi multa terræ marisque pericula sustinerent: necessarium est enim latronum insidias, piratarum incurtus sustinere, & profus omnia, cum magna superne promptitudine, propter lucri expectationem, nullum capientes tristium senium: Eodem modo & nos diuitias hinc nobis confluentes, & spiritualem cogitantes mercaturam, gaudere decet & exultare, nec quæ videntur, quæ non videntur considerare. *homil. 64. de penit.*

Quod autem ignis, hoc animis tribulatio, fortis abstergens, facit mundos, claros reddens ac splendidos. hom. 66. de penit.

Basilis. Athletam, qui de rebus pulcherrimis contendit, in studio pietatis prodeatrem, plagas aduersariorum spe coronæ sempiternæ generose ferre oportet. Nam in ludis & certaminibus, qui ad le palestræ labores accingit, minime cunctabundus, aut proprium dolorem respiciens, vltro in aduersarios percurrit, simul gloriæ ac victoriæ cupiditas incensus, omnis incommodi obliuiscitur: Sic idem studiosus, & si aliquid acerbitatis aut incommodum obuenerit, animi lætitiæ minime poterit amittere, quoniam (vt ait Apostolus) tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem, spes non confundit. *Ecce. Ali-*

tubi. *D. Augustini.* In re tribulatio fornax artificis est: si tamen aurum fis, & non palea, vt fordibus careas, non in cinerem conuertaris. *In Psalm. 30.*

Nunquid lucet aurum in fornace artificis? In monili lucebit, in ornamento lucebit: patietur tamen fornacem, vt purgatum a fordibus veniat ad lucem. Fornax illa, ibi palea, ibi aurum, ibi ignis, ad hanc stat aurifex. In fornace ardet palea, & purgatur aurum: illa in cineres vertitur, à fordibus illud exurit.

mundus, palea iniqui, aurum iusti, ignis tribulatio, aurifex Deus. Quod vult aurifex, facio: vbi me ponit, tunc iubeo: iubeo ego tolerare, nouit ille purgare. Ardea licet palea, ad incendendum me, & quasi consumendum me: illa in cinerem vertetur, ego fordibus carebo. In Psalm. 61.

*In torcularibus animaduertimus quædam tria, pressuram, & de pressura quædam duo, vnum recondendum, alterum proieciendum. Fit ergo in torculari conculeatio, tribulatio, pondus: & in his oleum eliquatur occulte in gemellarium: amura publicæ & per plateas currit. Putatio, quia pressuræ abundant, tu oleum esto. Nigra tenebris ignorantia amura insulset, & illa tanquam per plateas proiecta, publicè iniuret: tu liquare in gemellarium. Oliua in arbore, quibusdam quidem temporibus agitatur, non tamen pressuris torcularibus ardetur: ideo vtrunque simul pendet ex arbore, & quod proficiendum est, & quod recondendum est. At vbi ad torcular & pressuram ventum fuerit, vtramque discernitur, dirimitur: & aliud appetitur, aliud respuit. *In Psalm. 80.**

*Ductiles tubæ, æræ sunt, tundendo producuntur. Si tundendo, ergo vapulando eritis tubæ, ductiles, ad laudem Dei productæ. Si cum tribularum, proficiatis, tribulatio, tunso, profectus, productio est. Quomodo sonat, quam situent sonum & dicit tuba ductilis, qui in tribulatione percussus gratias agit? Ecce, inquit fabryctor, qui in tribulatione percussus gratias agit? non perficiam, nisi tundam, tradam mallo tundendum: male sonabit, antequam produceretur: forte productus & factus tuba ductilis, laudes Domini sonabit, non blasphemiam. *In Psalm. 97.**

*Si aurum es, quid times paleam? quid times ignem? Simul quidem eris in fornace: sed ignis paleas in cineres vertet, tibi fordes tollit. Si frumentum es, qui times tribulam? Non apparebis, qualis antea eras in spica, nisi tribula conterendo à te separauerit paleas. Si oleum es; quid times pressuram præli? Non declarabitur species tua, nisi etiam pondus lapidis à te separauerit amuram. Verum tamen interroget se vnaquæque anima, & videat, si iuste patitur: profertur statera iustitiæ, appendatur amor mundi cum amore Dei. *De tempore Barbarico, s. 3.**

D. Hieronymi. Quomodo si a grotus & æstuans febribus, a quam frigidam postulet, & dicat ad medicum: Vim pallor, crucior, vror, exanimor: vsquequo medicæ clamabo & non exaudies? Et respondeat ei sapientissimus medicus: Scio quo tempore dare debeant, quod postulas, & non misereor modo, quia misericordia ista crudelitas est, & voluntas tua contra te petit: ita & Deus noster sciens clementia tuæ pondera atque mensuras, interdum non exaudiet clamantem, vt cum prober, & magis prouocet eum ad rogandum, & quasi igne excoctum, iustiorum & puriorum faciat. Quod intelligens Apostolus, secundum id, quod misericordiam consecutus est à Domino, ait: Sed non desicimus in tribulationibus. Et benedicat Dominum in omni tempore. Et scit, quod qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit: & gloriatur in labore & dolore, & cum Hieremias dicit: Tribulationem & miseriam inuocabo. Et quomodo aliquis inuocat Deum: Sic sanctus vir bellator inuictus ad exercendum se & probandum, tribulationem & miseriam inuenire desiderat. *In primam in Abacuc Prophetam.*



